



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano Eivsdem Societatis olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis. Dispvtationes
Scholasticæ De Incarnatione Dominica**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1653

11. Soluuntur aliquæ obiectiones contra doctrinam præcedentem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-81011)

SECTIO XI.

Soluntur aliquæ obiectiones contra doctrinam precedentem.

Contra primam conclusionem, qua ponimus in Christo necessitatem faltem moralen ad actus perfectiores, obici potest primò, quia cum summa sanctitate humanitatis Christi solum videtur opponi culpa; ideo enim diximus selt. non repugnare de potentia absoluta actum obiectum malum in natura assumpta, quia ille actus non est culpabilis; sed imperfectione non est culpae ergo non opponitur cum summa sanctitate.

Respondeo, summanam sanctitatem non solum excludere culpam, sed etiam imperfectionem, quia haec opponitur priuati cum perfectione morali, ad quam ordinatur summa sanctitas, & per consequens formaliter est in genere moris; malitia autem obiectiva non pertinet formaliter ad genus moris, sed obiectiva, nec priuat perfectione morali, potest enim quis habere actum obiectum malum, & tamen operari tunc intra genus moris cum tota perfectione morali, quia hic, & nunc possibilis est.

Dices, illa summa sanctificatio humanitatis Christi afferat necessitatem operandi perfectæ, posset enim Christus de potentia absoluta non elicere actum honestum, cum posset carere omni cogitatione circa bonum honestum, & tunc careret quidem perfectione morali; ergo carentia huius perfectionis non opponitur summa sanctitati.

Respondeo, in eo casu, illa foret quidem carentia perfectionis moralis, non tamen est in genere moris; illud enim solum dicitur esse in genere moris, quod imputatur subiecto ad laudem, vel vituperium in genere moris, seu in ordine ad mores illa autem carentia non imputatur subiecto, vt constat, cum oriretur necessarium ex defectu cognitionis requiri: verò carentia maioris perfectionis moralis, quam aliquis potest habere, & non habet, imputatur ei, non quidem ad vituperium potius, cum non sit vere culpa, sed tamen ad quoddam vituperium quasi negatum; potest enim ei exprobari, quod careat illa maiori honestate, & sanctitate, quam poterat habere: & hoc genus carentia cum pertineat iam ad genus moris, videatur habere aliquam oppositionem cum summa sanctitate, quæ siue est summa puritas, & rectitudine, sic videtur expellere omnem maculam in genere moris, non solum propriam, sed minus propriam, ratione cuius subiectum illud sit in genere moris, aliquo modo vituperabile; macula enim in genere moris est vituperabilitas quacumque in genere. Magis ergo repugnat haec summa sanctificatio cum carentia maioris perfectionis possibilis, quam cum carentia perfectionis, quando non est possibilis, & ideo licet haec potuisse esse in Christo, non tamen illa sicutem possibilitate moralis.

Secundum obiectus, Deus habet summanam & infinitam sanctitatem; & tamen non habet aliquam necessitatem eligendi obiectum, perfectum, vt vidimus disp. 2. sect. 1. ergo Christus ratione summae sanctitatis, quam habet, non debet habere eam necessitatem.

Respondeo negando consequentiam. Ratio dicitur nisi est, quia (vt dixi illa disp. 1.) actus diuinus non sunt moraliter meliores pro maiori honestate obiectis sed quicunque actus moralis Dei habet infinitam perfectionem moralem, propter identitatem cum infinita honestate diuina video. Deus eligens obiectum minus perfectum non habet imperfectionem moralem, quia non caret aliqua maiori perfectione, quam posset habere eligendo obiectum perfectius: at verò humanitas Christi, cuius actus accipiunt inæqualem perfectionem moralem ex inæqualitate obiectis, si eligeret obiectum imperfectius, haberet imperfectionem in genere moris, id est, careret voluntarie aliqua maiori perfectione morali, quam posset habere eligendo obiectum perfectius.

Dices, si Deus potest eligere obiectum minus perfectum; ergo non habet infinitam honestatem in genere moris, major enim honestas est, que non solum non posset eligere in honestum, sed nec minus honestum.

Respondi ibi, illam necessitatem eligendi honestius obiectum non arguere maiorem, sed potius minorem honestatem: quia honestas ex suo conceptu claudit libertatem in genere moris, hoc est, inter obiecta inæqualia, vt lupiter Axi. Si autem Deus est alligatus ad optimum non operetur honeste, & laudabiliter in genere moris.

Sed contra solutionem illam vrgebis ex Christo, qui licet habeat necessitatem moraliter eligendi optimum, tamen operatur honeste, ergo deberet etiam in Deo ratione sue infinita honestatis ponni necessitas, si non physica, saltem moralis ad eligendum optimum, nam cum hac necessitate moralis saluator in Christo libertas sufficiens ad operandum honeste, & laudabiliter.

Respondeo negando consequentiam, quia importunitas moralis ad eligendum obiectum minus perfectum habet secundum admixtam imperfectionem physicam, est enim importunitas illa moralis debilitas potentiae physice, qua difficulter potest superare difficultatem propositam in electione obiecti contrarii; repugnat verò in Deo potentia physica ad aliquid, & tamen ita debilis, vt non possit moraliter propter summanam difficultatem elicere suum actum, vt probauit disp. 2. sect. 1. In Christo autem, vt homine non repugnat haec imperfectione physica, & aliunde cum eraret aliquam perfectionem moralem, admittenda est, sicut humilitas, obedientia, & alia similes perfectiones morales, quæ propter imperfectionem physicam quam includunt, non dantur in Deo.

Tertio obiectis, si Christus est necessitatus moraliter ad optimum, sequitur non esse à nobis ipsum orandum, nam vel id, quo perimus est melius, vel non. Si est melius, iam Christus est moraliter necessitatus ex te ad illud faciendum. Si non est melius, iam est necessitatus moraliter ad illud non faciendum, frustra ergo & inutiliter aliquid à Christo perimus. Quod idem argumentum fieri etiam potest de aliis Beatis, quos inutiliter orabimus, propter eandem rationem.

Respondeo negando sequelam, quia in primis multa sunt obiecta indifferenta, in quibus virtus pars est bona, & neutra melior; in quibus propter orationes inclinatur Christus ad unam potius partem, quam aliam, v. g. quod hic

hic potius homo eligatur ad aliquod munus. nam licet non sit æquè dignus; potest tamen Christus eum reddere æquè, & magis dignum. Item quodd res hoc, vel illo modo ordinentur; potest enim Christus facere, quod hoc, vel illo modo eadem in æqualem gloriam Dei, & sic de aliis; quare ut ille petimus, nam implicitè petitum; quod id, quod petitum sit melius, vel sit æquale falso bonum; cùm id etiam possit Deus facere.

148

Deinde, licet obiecta secundum se, & antecedenter ad nostras preces essent inæqualia: ut ille tamen petitum, quia sapientia, quod positiva oratione, pars illa, quae erat inferior, sit iam superior in honestate obiectua, atque ideo Christus necessitatibus iam moraliter ad illam volendam: nam hoc, quod est annuere potenti, & misereri pauperis postulantis, aliquid bonum est; quare contingit sapientia, quod id, quod ante non necessitabat moraliter Christum, aut aliquem sanctum, post preces nostras, & orationem necessitatibus moraliter, quia hic, & nunc melius est succurrere implorantibus auxilium, quam non succurrere: & ad hoc ipsum potissimum ordinatur oratio, ut scilicet adiungamus aliquid nouum in ciuium, quo obiectum illud propontatur, ut melius, & amabilius; iam enim non consideratur secundum se, ut prius, sed etiam ut peritum, atque ideo cum honestate illa exorbitatis, que etiam in humanis est magni ponderis ad mouendum. Sic etiam superior praepiendo aliquid obiectum, facit, quod iam sit melius, & honestius, quam ante, & ad hoc ipsum illud praecepit, ut voluntas subdit, quae prius erat indifferens, vel fortasse magis propendebat in alteram partem; moueatur iam magis ad rem praeceptam, propter nouum motuum obedientiae superadditum. Sic etiam oratio addit nouum motuum, & nouam honestatem in obiecto perito, ratione cuius voluntas superioris, quae prius erat indifferens, vel magis propendens in alteram partem, iam nunc magis afficiatur, & inclinetur in hanc partem, propter nouam honestatem, quam habet.

149

Contra secundum conclusionem, qua diximus Christum habere potentiam physicam ad actum minus perfectum, quia alioquin non operaretur honeste, & laudabilitate, opponuntur nobis aliae obiectiones a recentioribus. Prima sit, quia ad libertatem in genere moris non requiriatur libertas inter inæqualia, sed sufficit libertas inter æqua; nam Deus non est indifferens ad actus inæqua, vt nos ipsi concessimus ubi supra, omnes enim actus diuinis sunt infinitè honesti; & tamen Deus operatur honeste in genere moris, & laudabilitate, determinando se ad hunc actum, ad quem poterat se non determinare licet sit necessitatus ad hunc actum, vel alium æquum bonum; ergo Christus etiam posset operari laudabilitate in genere moris cum sola indifferencia ad actus æqua perfectos.

Refellitur.

Respondeo negando consequentiam. Ratio discriminis est, quod Deus, licet non sit indifferens ad actus inæqua, & tamen indifferens ad obiecta inæqua, & ideo eligendo hoc obiectum operatur laudabilitate, quia licet non posset habere actum minus bonum, posset tamen eligere obiectum, minus bonum, & ideo eius actus

est bonus moraliter, quia eligit obiectum bonum, cùm posset obiectum minus bonum eligere.

Sed contra solutionem virginitatem; quia Deo non solum tribuitur, & imputatur ad laudem in genere moris bonitas obiectua, quam eligit, sed etiam potissimum ipsa bonitas formalis, quae est in ipso actu honesto; & tamen Deus non potest non habere hanc honestatem formalē, vel aliam æquivalētē, si eligeret oppositum; ergo licet non posset non velle hoc obiectum, vel aliud æquum honestum, adhuc posset honestas obiectua imputari ad laudem, sicut imputatur de facto honestas formalis.

Respondeo negando consequentiam, quia licet Deus in genere moris potissimum laudetur propter honestatem formalē sui actus; illa tamen honestas formalis ideo est honestas, & laudabilitas, quia est electio obiecti honestioris alio, quod posset eligere. Itaque ad laudabilitatem actus non attenditur praeceps excessus, quo ipse actus excedat alios, qui possent haberi, sed etiam attenditur excessus obiecti respectu alterius, quod posset eligi, & haec inæqualitas in obiectis facit formaliter laudabilem actum; laudatur enim, non quia habet maiorem honestatem, cùm posset habere minorem, sed quia eligit melius obiectum, cùm posset eligere minus bonum; & hoc ipsum est formaliter actum esse bonum, honestum, & laudabilem: quare honestas formalis imputatur ad laudem ratione inæqualitatis obiecti, quae in ipso honestate formalē imbibitur; si autem non esset inæqualitas in actibus, neque in obiectis amabilibus, non esset prorsus nullum fundatum laudis in genere moris.

Dicunt iterum, si Petrus sit necessitatus ad danum mihi hos centum nummos, vel illos omnino æqua, non est dignus laude, vel gratitudine, eo quod dederit hos potius, quam illos in nostra sententia; ergo nec Deus est dignus laude habens hunc actum, cùm sit necessitatus ad habendum hunc, vel alium æquum bonum, & honestum.

Respondeo, esse disparem valde rationem: nam in primo casu Petrus non habet inæqualitatem ex parte obiecti; & ideo eius operatio nullo modo est laudabilis; Dei vero operatio ideo est laudabilis, quia est de obiecto meliori, cùm posset esse de minus bono. Quis autem neget deberi gratias, & laudem ei, qui ponit melius obiectum, licet ratione sue infinitus omnis eius laudabilitas debeat esse infinita. Habemus autem ad hoc explicandum exemplum aliquid in meritis Christi, cuius quidem opera omnia sunt infiniti valoris ratione personæ, & per consequens habent premiabilitatem infinitam, ad quam licet potissimum attendatur dignitas personæ, requiritur tamen honestas obiecti, qua posita sit opus remunerabile; & licet honestas obiecti sit inæqualis, remunerabilitas est æqualis, propter dignitatem personæ. Sic etiam Deus operatur laudabilitate propter obiectum honestum, quod eligit, cùm posset eligere minus honestum: haec tamen laudabilitas æqualis est in omnibus actibus diuinis, propter infinitatem ipsius Dei; qua facit, quod laudabilitas proueniens ex honestate etiam finita liberè volita, sit in Deo infinita; semper tamen

tamen est laudabilitas includens libertatem & electionem cum indifferentiad honestatem inaequalem, alioquin non haberet conceptum laudabilitatis in genere moris.

Dices, sicut Deo imputatur ad laudem in genere moris excessus obiecti, licet actus ipse non sit melior; si etiam poterit ei imputari ad aliquod vituperium in eodem genere moris, quando eligit obiectum minus bonum, relicto meliori, licet actus sit aequalis. nam sicut est laudabile eligere melius, ita est illaudabile eligere minus bonum, illa autem illaudabilitas videatur esse imperfectione aliqua in genere moris. Nec latifacit dicere, actum ipsum esse aequaliter honestum; sicut enim non obstante necessitate habendi semper actum aequaliter honestum, adhuc laudatur Deus peculiariter, eo quod elegit obiectum melius; sic non obstante eadem necessitate posset ei aliquo modo exprobari, quod eliget minus honestum, relicto honestiori; cur enim magis potest illud imputari ei ad laudem, quam ut id exprobationem aliquam saltet negavit.

Respondeo, ex supradictis constare discrimen: omnis enim laus, aut vituperium in genere moris, licet fundetur in obiecto, datur tamen immediate propter actum, quo volumus illud obiectum: laudatur ergo qui vult obiectum bonum, immediate tamen non propter obiectum, sed quia vult illud, seu propter bonitatem voluntatis, que fertur in tale obiectum: vituperatur etiam qui vult malum, non immediate propter obiectum, sed propter effectum illum ad malum. Maior ergo bonitas obiecti est fundamentum laudandi Deum, non immediate propter obiectum, sed propter actum, qui ideo est bonus, quia fertur ad obiectum bonum, reliquo alio minus bono. Minor autem bonitas obiecti non est fundamentum reprehendendi vel minus laudandi Deum, quia haec reprehensione, vel illaudatio deberet immediate dari propter actum, quo rendit in illud obiectum: cum autem actus ipse sit infinitus bonus, & honestus, vsuppono, non potest minor bonitas obiecti redire Deum minus laudabilem, ad hoc enim requiretur, quod Deus tenderet in illud obiectum per actum minus bonum, & laudabilem, propter quem, vel propter carentiam immediate actus melioris, & laudabilioris Deus esset minus laudabilis volendo obiectum minus bonum. Hoc autem repugnat, vt vidimus, quia ille etiam actus est honestus, & laudabilis, cum fertur in bonum reliquo alio minori bono; & est infinitus laudabilis, & honestus propter identitatem cum infinita sanctitate, & honestate Dei.

Secundum principaliter obiciuntur licet illa obiecta, que Deo proponuntur, sint inaequaliter honesta obiectiva respectu nostri; quatenus possunt terminare actus nostros inaequaliter honestos; at vero respectu Dei omnia illa habent aequaliter honestatem obiectiuam, quia non possunt terminare actus Dei inaequales: tota autem honesta obiectua desumitur per ordinem ad honestatem formalem, quam obiecta possunt refundere in actus; cum ergo in actus diuinis non possint refundere honestatem inaequalem, non habent respectu Dei honestatem ob-

iectiuam inaequalem; ergo Deus eligens unum ex illis non ideo est laudabilis, quia eligit honestatem obiectiuam inaequalem, & maiorem, sed quia eligit honestatem obiectiuam praeceps.

Respondeo negando antecedens; & quod ad eius probationem supponitur: nam bonitas obiectua non ideo formaliter est bonitas, quia potest terminare actum bonum formaliter: alioquin voluntas haberet se ipsam pro obiecto, nam eligit hoc obiectum, quia est bonum, & honestum; sed esse bonum, & honestum per te est posse terminare actum bonum; ergo eligit hoc obiectum, quia potest terminare actum bonum: quod est difficultissimum, vt probauit late in materia de actibus humanis. Fatendum ergo est, obiecta ex se habere honestatem obiectiuam inaequalem etiam respectu Dei; hoc est, habent inaequalem honestatem, & decentiam; unum enim magis decet Deum, quam aliud, unum habet maiorem vim ad alliciendum amorem divinum, quam aliud; licet Deus pro sua liberate possit non eligere illud, quod habet ex se maiorem vim ad alliciendum, & maiorem decentiam obiectiuam.

Tertius obiciunt: ponamus hominem praedeterminatum ad hoc disiunctum, scilicet ad actum remissum charitatis vel actum intensum religionis, qui sunt aequaliter honestatis, & meritum; tunc hic homo eliciens actum remissum charitatis non esset laudabilis, quia licet obiecta sunt inaequalia; & ipse habuit actum de meliori obiecto; sed tamen habet necessitatem habendi hunc actum, vel alium intensum religionis, qui aequivaleret huic actui remisso charitatis. ergo Deus etiam eligendo obiectum honestum, non erit laudabilis in genere moris, cum sit determinatus ad hunc, vel alium actum omnino aequivalentem in honestate morali; vel fatendum erit sufficere indifferentiam inter actus, & obiecta aequalia ad laudabilitatem in genere moris.

Respondeo, concedendo in casu antecedentis, illam hominem non esse laudabilem in genere moris; quia licet ponat aliquem titulum sufficiens de se ad laudem, quatenus eligit obiectum melius; sed tamen relinquit alium titulum sufficiens etiam de se ad laudem, ad quem erat determinatus sub disiunctione, scilicet operari intensius circa obiectum religionis: quare in estimatione morali bene compensatur positio unius tituli cum iactura alterius, & non manet laudabilis. At vero Deus eligendo obiectum melius ponit liberè maius fundamentalum ex parte obiecti de se sufficiens ad laudem maiorem, scilicet excessum melioris obiecti, & hoc sine iactura alterius: nam actus Dei laudabilis est quasi ex dupli capite, scilicet, quia est circa obiectum honestum, & quia est actus diuinus, quia sicut respectu eiusdem obiecti honesti melior, & laudabilior est actus supernaturalis, quam naturalis, & actus intensus, quam remissus, & actus diurnior, quam breuior; sic etiam respectu eiusdem obiecti honesti melior, & laudabilior est actus diuinus, quam creatus. Quamvis ergo laudabilitas actus diuinus, vt oritur ex infinite actus non possit crescere, quia est simpliciter infinita, potest tamen crescere fundamentaliter ex parte obiecti, hoc est,

est, potest vnu actus quantum est ex parte obiecti habere maius fundamentum ad laudem, & bonitatem maiorem, si esset possibilis, licet simpliciter, & absolute omnes actus Dei sunt aequi laudabiles; sicut omnia opera Christi simpliciter, & absolute sunt aequalis valoris; licet habeant inaequalem valorem, quantum est ex parte obiecti. Deus ergo eligendo obiectum melius operatur laudabiliter, quia ponit liberè aliquod maius fundamentum, quantum est ex parte obiecti, ad laudem; cum non sit determinatus ad hoc, vel aliud aequale fundamen-tum, ex parte obiecti, sed solum ad titulum infinitum, quantum est ex parte actus, in quo omnes actus sunt aequales. Quare melius ponetur exemplum in homine determinato ad operandum bene per actum infinitè intensem in quaunque materia: tunc enim hic homo eligens obiectum honestius, operatur laudabiliter, quia licet circa aliud obiectum minus honestum debere. Sicere actum aequi intensem, sed tamen eligendo obiectum honestius posuit liberè maius fundamentum laudis, quantum est ex parte obiecti, licet non ex parte intensius actus, quia illa erat futura aequalis in omnibus actibus.

157
Eugenio.

Præcluditur.

158
Obiectio
quisita.

159
Refutatio.

Dices, ergo vnu actus Dei est simpliciter laudabilioris alio; quia licet eius laudabilitas ex uno capite non possit crescere, potest tamen crescere ex alio capite, scilicet ex obiecto, quod sufficit ut simpliciter, & absolute crescat, & sit maior.

Respondeo distingundo sequelam: vnu actus est laudabilior, id est, dignus majori laude, nego: est laudabilior, id est, habet maius fundamentum ex parte obiecti ad refundendum in actum maiorem bonitatem, & laudabilitatem, si possibilis esset, concedo: nam hic actus circa obiectum honestius habet aequale fundamen-tum ad infinitam laudem, quantum est ex parte actus, & rursus habet maius fundamentum, quantum est ex parte obiecti melioris: vt actus esset melior, & laudabilior, si fieri posset: care-rum quia non potest esse melior, cum sit infinitè perfectus; ideo vnu non est melior simpliciter, & laudabilior alio.

Quod obiciunt, ponamus hominem ex ignorantia inuincibili existimante omnes suos actus esse aequaliter malos malitia formalis, & ponamus hunc hominem ex eadem ignorantia cum perplexitate conscientiae neces-sitatum ad eligendum inter duo obiecta, que ensent esse inaequiter mala; si hic homo eli-gat obiectum turpius, non poterit in nostra sententia notari, vel reprehendi à Deo, quia ipse homo credit, suum actum fore aequi malum, & peccaminosum, etiam si eligeret obiectum minus malum; ergo neque è contra Deus est laudabilis moraliter, eo quod eligat obiectum melius, cum sciat, suum actum fore aequi bonum moraliter, licet illud obiectum non eligat, sed aliud minus bonum, vel faten-dum est, sufficere indifferentiam ad obiecta aequalia, vt actus sit liber in genere moris, & laudabilis.

Respondeo, hunc hominem in eo casu merito posse reprehendi, & puniri, quia licet existimat, actus fore aequi malos; ceterum cum

videret obiecta esse inaequiter mala, hic, & nunc deberet eligere obiectum minus malum, & non ponere liberè illud minus fundamentum ex parte obiecti ad malitiam; quare re ipsa ideo peccavit, quia illud posuit; si vero illud non posueret, sed oppositum, non peccaret, nec reprehenderetur. Quod si ipse reflexè existimat, quod supposita priori ignorantia non tene-batur magis eligere obiectum minus malum; tunc iam non peccasset eligendo obiectum turpius, quia hic, & nunc iam apprehendit aequali-tatem non solum in actibus, sed etiam in obiectis, nam ex parte ipsorum obiectorum apprehendit aequalem omnino indecentiam, & con-trarietatem cum lege, & per consequens non apparuerunt cum inaequali malitia proxima. At vero Deus licet sciat, actus suos fore aequi bonos, videt tamen in obiectis proximis inaequa-lem bonitatem, & ideo formaliter est laudabilis, quia eligit obiectum aliquod melius, quod si illud non eligeret, sed obiectum infirmum non haberet actum aequi bonum, nec laudabilem. Hoc tamen esse non potest, quia nullum obiectum eligit Deus, adeo infirmus honestatis, vt non poterit eligere aliud, & aliud minus honestum, vel ex motu minus honesto, & ideo stat bene Deum ex se esse determinatum ad operandum honestè, & tamen in actu exercito semper esse liberam Deo illam honestatem, quia semper eligit liberè talem excessum honestatis obiectua.

Hinc infero, idem cum proportione dicen-dum esse in ordine ad obiecta turpia, si enim quis præcedat determinatus ad eligendum aliquem gradum determinatum turpitudinem; tunc electio secundum illum gradum non erit cul-pabilis, nec vituperabilis, sed solum secundum quod excederet illum gradum. Si vero singu-retus aliquis determinatus ex se, & necessitatibus ad obiecta inaequalia in malitia disfunc-tum, ita vt non esset affignabile in illis aliquod minime malitiae obiectuum: tunc eodem modo di-cendum esset, nunquam posse illum hominem eligere aliquod obiectum malum in particu-lari, quin eo ipso esset reprehensibilis, quia eli-geret libertè aliquam maiorem turpitudinem, quam oportet eligere, ex vi præcedentis ne-cessitatis. Ceterum illi casu impossibilis est, quia non potest aliquis prædeterminari ante-cedenter ad malum, & culpam, etiam in gene-re, & indeterminate, quia illa prædetermina-tio tribueretur Deo. Si tamen non repugnaret Deo prædeterminare antecedenter ad malum in genere, sicut ipse Deus est determinatus ad bonum in genere, tunc ille homo verè esset culpabilis, & reprehensibilis, eligendo hoc obiectum malum determinatum, cum posset aliud minus malum eligere, nec reprehenderetur, quia elegit obiectum malum, sed quia elegit obiectum deterius, cum posset eligere minus malum, nam sicut ex conceptu suo non repugnat necessitas ad aliquod beneficium in gene-re, & tamen in particulari deberi gratias, quia ita confert hoc beneficium. vt potuerit conserue aliud minus, sicut supra dicebamus, quando Deus obligatus esset ad non puniendum peccatorum penam aeternam, nam eo ipso non posset cessare unquam à pena sine novo neficio.

neficio, quia semper potuisset vterius progressi; ita non repugnaret ex hoc capite necessitas ad malum in genere, & tamen quod in particuli re reprehenderetur propter hoc malum eo quod potuisset aliud minus malum eligere: repugnaret tamen, (vt dixi) ex eo quod tunc Deus determinasset illum hominem ad malum saltem in genere, & sub disfunctione, quod quidem Deo repugnat.

Hæ sunt obiectiones principales, que fieri possunt contra nostram sententiam, quatenus in Deo, & in Christo petimus indifferentiam ad inequalia obiecta, vt salvetur libertas in genere moris. Alia sunt leuiores obiectiones, quas breuiter diluimus.

Quintò ergo obiectum alij, quia sufficit indifferencia ad individua, licet præcedat necessitas ad rationem communem, vt opus sit culpabile, ergo & vt sit laudabile. Antecedens probant, quia in nobis præcedit de facto necessitas in genere ad peccandum venialiter cum his auxiliis ordinariis, vt suppono ex materia *de gratia*; & tamen hoc peccatum mendacijs in speciali est culpabile, quia ad hoc mendacium in particulari non præcedit necessitas; ergo licet in Christo detur necessitas ad volendum mori, hec tamen acceptatio mortis in particulari poterit esse libera, & laudabilis.

Respondeo, necessitatem ad peccandum venialiter etiam in genere non esse necessitatem physicam, sed moralem, propter summam difficultatem vitandi omnia peccata; quare cum hac necessitate stat bene libertas physica, que sufficit ad culpam, sicut sufficit ad meritum, nam etiam in Christo diximus esse necessitatem moralem ad actum perfectiorum cum potentia physica ad minus perfectum, & tamen ille actus perfectior est meritorius in Christo.

Dices, hoc mendacium in particulari non solum sit cum libertate physica, sed etiam cum morali; licet ad peccandum venialiter in genere detur necessitas moralis, ergo licet ad aliquod opus in genere detur necessitas etiam physica, poterit tamen in particulari fieri cum libertate physica.

Respondeo in primis, hoc mendacium in particulari aliquando fortasse fieri cum necessitate morali, quando scilicet iam homo vivit omnia peccata venialia toto illo tempore, quo potest moraliter ea vitare; tunc oblatio occasioni mendiendi non potest moraliter vitare mendacium, sed solum physicè: sed tamen imputatur ad culpam, quia necessitas moralis non tollit rationem culpæ. Regulariter vero hoc mendacium sit etiam cum libertate morali, quia sit cum plena deliberatione. Item licet non possumus moraliter non peccare semel, aut iterum, possumus tamen moraliter non facere viginti peccata, v. g. in die; hoc autem mendacium sit post alia decem, vel viginti venialia: & denique sit ante completum illud tempus, quo possumus moraliter vitare omnia venialia, & ante exhaustas vires morales ad resistendum; ideo verum est, potuisse moraliter hic, & nunc vitari hoc mendacium, quia nulla erat necessitas moralis in genere, vel in specie peccandi hic, & nunc: ceterum ad eum mo-

Card. de Lugo de Incarnat.

rum, quo datur necessitas moralis, vel physica ad aliquem actum etiam in genere hic, & nunc, fatendum est, hunc actum in particuli ri non fieri cum libertate morali, vel physica secundum eum gradum bonitatis, vel malitiae, ad quem in genere præcedit necessitas, & ideo si datur necessitas moralis peccandi semel in die, verbi gratia, & hic homo dixit mendacium ante meridiem, non dicitur fuisse in sua potestate morali non peccare illa die, sed non peccare illa hora, vel non peccare adeo grauter; sed tamen tota malitia mendacijs imputabitur ad culpam in genere moris, quia necessitas moralis non impedit rationem culpæ, vt sepe dixi.

Sextò obiectu potest, si Christus habuit libertatem, & potentiam physicam in ordine ad actum minus perfectum, ergo hic, & nunc habuit concursum ex parte Dei paratum ad actum minus perfectum; ergo habuit Deus hic, & nunc aliquam voluntatem indifferentem concurrenti cum Christo ad actum minus perfectum omisso perfectiori, & per consequens coniungendi imperfectionem moralis cum unione hypostatica, quod videtur absurdum.

Respondeo, hæc omnia necessariò sequi, *Dissolutum.* si Christus habuit potentiam physicam respetu imperfectionis; quia re vera hec potentia physica non salvatur sine ista voluntate Dei indifferenti in actu primo, nec hæc voluntas Dei est difficilior, quam voluntas etiam quam de facto habet concurrenti nobiscum ad vitanda omnia venialia cum auxiliis ordinariis, quæ coniunctio horum auxiliorum cum carceria omnis venialis est etiam moraliter impossibilis; & tamen habet Deus voluntatem illius saltem indifferentem, alioquin non daretur in nobis libertas physica ad vitandum venialia.

Vltimo obicitur nobis S. Thomas *quest. 18. art. 4. ad 3.* vbi dicit, Christum ideo fuisse liberum, quia licet eius voluntas fuerit determinata ad bonum, non tamen est determinata ad hoc, vel illud bonum; ergo sentit indifferentiam solam ad hunc, vel illum actum sufficere ad libertatem.

Respondeo, S. Thomam ex illa indifference solum colligere libertatem in Christo, ad libertatem enim sufficit indifferentia ad plures actus: ceterum S. Doctor non explicat an illa libertas sit in genere moris, & sufficiens ad laudem, & meritum. Ideo non explicat, an illa indifference sit ad bona inequalia: si enim dixisset, qualis erat libertas Christi, dixisset etiam, qualia essent bona, ad quæ erat Christus indiferens.

Potes, an unio hypostatica ē ipsa immediatè necessitatē moraliter ad actum perfectum, an mediante alio determinatio proximo, quod detur ad exigentiam ipsius unionis?

Respondeo, hanc necessitatem de facto prouenire in Christo proxime, vel ratione visionis beatæ, quæ (vt supra dixi) necessitatē moraliter omnes Beatos ad operandum summa perfectione sibi possibili in quacumque occasione, & ad placendum Deo quantum possunt.

Mm. Vel

163

Obiectio vltima.

164

Obiectio vltima.

Explicatur

S. Thomae

165

Dubium.

410 De mysterio Incarnationis,

Vel etiam præscindendo à visione beata, debet ex vi unonis auxilia vberiora humanitati, que ex se non prædeterminarent physicè, sed tamen, que ex se determinarent moraliter ad actum perfectiore, hoc est, ex vi quorum redideretur adeò difficilis omisso actus perfectionis, ut in nullo casu omittetur.

166
Aliud du-
bium.

Potes, an requiratur omnino dati auxilium prædeterminans moraliter ad actum perfectiorē? an vero sufficeret dari ad exigentiam unonis hypothatice auxilium aliquod efficax, cognitum scilicet efficax, per scientiam medianam, licet non esset moraliter prædeterminans? hoc enim videtur sufficere, ad hoc, vt Christus operetur semper infallibiliter id, quod melius est; si unio hypothatica de se exigit, quod dentur ei illi sola auxilia, qua per scientiam medianam præuideantur efficacia.

Solutio-

Respondeo, si exigeret unio hypothatica, quod darentur illa auxilia, qua prævidentur efficacia ad actum perfectiore, non bene explicaretur libertas physica Christi ad actum minus perfectum; quia repugnaret etiam physicè coniungi cum unione hypothatica actum minus perfectum; repugnat enim omnino non solum physicè, sed etiam metaphysice, coniungi actum minus perfectum, seu carentiam actus perfectionis cum auxilio efficaci ad actum perfectiore, quatenus auxilium efficax est; nam licet cum auxilio efficaci specificatio accepto posset coniungi negotio consensu, non tamen potest coniungi cum efficacia, seu cum auxilio efficaci reduplicative, vt efficax est, quia esset coniungere duo contradictoria; ergo nec posset physicè coniungi carentiam actus perfectionis cum unione hypothatica, & hoc auxilio, esset coniungi cum hoc auxilio, prout dato cum prævulione efficacia; qua tamen coniunctio repugnat physicè, & metaphysice, vt constat.

167
Esafo.

Dicit aliquis, aliquando sine inconvenienti posse dari Christo illa auxilia efficacia, non prædeterminans moraliter: scilicet, si dicatur, quod unio hypothatica non exigit de se determinate auxilium prævulsum efficax ad actum perfectiore, sed indeterminate, seu disfunctum; hoc est, exigit dari vel auxilium prævulsum efficax, vel latenter prædeterminans moraliter ad actum perfectiore. Si enim talis exigentia ponatur in unione, non sequitur id, quod supra inferemus, non posse physicè coniungi cum unione hypothatica carentiam actus perfectionis; immo sequitur, posse physicè coniungi, licet non possit moraliter. Nam cum unio non petat determinate auxilium, vt efficax, sed disfunctum, vel auxilium efficax, vel prædeterminans moraliter, potuisse dari

hoc secundum. Quare cum toto hoc auxilio prævulso efficaci, etiam prout exigitur ab unione, potest physicè coniungi carentiam actus perfectionis, quia non exigitur ab unione determinate prout efficax, sed disfunctum, prout est, vel efficax, vel prædeterminans moraliter, cum hoc autem disfuncto non repugnat physicè, sed solum moraliter coniungi carentiam actus perfectionis.

Sed neque hoc modo potest sufficienter defendi illa potestas physica in Christo ad coniungendam cum hoc auxilio carentiam actus perfectionis; quia licet unio non exigit hoc auxilium efficax determinate, sed disfunctum hoc efficax, vel aliud prædeterminans moraliter; hoc tamen auxilium exigit, non dari, nisi quando prævideatur vt efficax, nam petit per te, quod auxilium, quod non fuerit moraliter prædeterminans, non detur, nisi prævideatur vt efficax; hoc autem auxilium ex se habet, non esse moraliter prædeterminans; ergo hoc non exigitur ab unione, nec potest dati intuitu unioni, nisi vt prævulsum efficax; ergo cum unione, & cum hoc auxilio non potest physicè coniungi carentiam operationis. Pater consequentia, qui hoc auxilium non potest physicè coniungi cum unione, nisi supponatur efficax, vel prædeterminans moraliter, sed hoc auxilium ex se habet non esse prædeterminans moraliter, ergo ex se habet, non posse coniungi cum unione, nisi supponatur efficax ergo hoc auxilium prout coniunctum cum unione non potest etiam physicè effici, & per consequens repugnat etiam physicè coniungi carentiam operationis cum unione hypothatica, & hoc auxilio. Vt ergo defendatur in Christo libertas in genere moris, & potestas saltem physica ad actum minus perfectum, debemus recurrere ad auxilia moraliter prædeterminantia, hoc est, inducentia necessitatē moralem, per quam voluntas Christi moraliter prædeterminetur ad actum perfectiore, & hæc sufficiente de impeccabilitate, & libertate Christi.

DISPUTATIO XXVII.

De merito, & oratione Christi

S E C T I O I. *Per quos actus Christus merueris?*

S E C T I O II. *Quid Christus sibi meruerit?*

S E C T I O III. *De ijs, que Christus alijs meruit.*

S E C T . IV. *Quo tempore Christus meruit, & annuncoret in caelo?*

DERTINET hoc iam ad questionem 19. ybi S. Doctor agit de operatione Christi, & ibi Theologi disputant de Christi merito. Supponenda autem sunt ex 1. 2. omnia que pertinent ad materiam de merito in communione, & solum